



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Concilium Floridi In Gallia, Ob Causam diuortii inter Ludouicum Francorum regem & Eleonoram filiam ducis Aquitaniae, anno MCLI. sub Eugenio papa III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO  
 CHRISTI  
 1151.

**CONCILIVM FLORIDI  
 IN GALLIA, OB CAVSAM  
 diortii inter Ludouicum Francorum regem & Eleo-  
 noram filiam ducis Aquitaniae, anno MCLI. sub Euge-  
 nio papa III.**

NOTA.

<sup>a</sup> *Concilium.* ] De hoc episcoporum Conuentu Sugerius abbas sancti Dionysii, qui interfuit, habet ista: *Interea aliqui venerunt ad regem, de cognatione sua progeniti, qui ortum & deriuationem parentela suae nouerant, & dixerunt (sicut & verum erat) quod inter se & Eleonoram uxorem suam erat consanguinitatis affinitas talis, quod inter eos de iure lex matrimonialis non poterat conuenire; & inde per iuramentum probationem legitimam offerebant. Quibus rex sic respondit: Quod contra Deum & contra legem ecclesiae eam nolebat habere, volens per omnia statuta ecclesiae, & legem matrimonii inuiolabiliter obseruare. Et ut istius rei veritas posset veracius indagari, die Martis ante festum paschatis Floridi in castro Baugenciaci Hugonem archiepiscopum Rothomagensem . . . . & quartum Lanfredum Burdigalensem cum pluribus suis coepiscopis & baronibus Franciae fecit solenniter conuenire. Ante quorum praesentiam steterunt illi qui genus inter regem & reginam se probaturos obtulerant, qui etiam eiusdem generis erant parentes & cognati, & per iuramentum suum dixerunt, quod rex & regina se cognatione contingebant, & quod secundum Deum & legem coniugalem debebat inter eos diortium celebrari. Quo sufficienter probato in praesentia praetorum, fuit inter eos per consensum partium matrimonium dissolutum. Haec Sugerius.*

ANNO  
 CHRISTI  
 1151.

VITA  
**ANASTASII PAPAE IV.**

**A**NASTASIVS IV. ciuis Romanus, ex regione Subur-  
 ara, filius Benedicti, antea vocatus Conradus, homo  
 veteranus, & in consuetudine Romanae curiae, teste Frisfin-  
 genfi libro 2. de vita Friderici, exercitatus, ex abbate sancti  
 Anastasii Veliternae dioecesis, & cardinale episcopo Sabi-  
 no, ad supremum ecclesiae gradum euectus est anno Domi-  
 ni 1153. vii. Idus Iulii, tempore Friderici I. imperatoris.  
*Continuator Sigeberti.* Errat ergo Dodechinus in appendice

Anastasio  
 Eugenio  
 furrogatus,  
 qualis &  
 quando.